

alio instrumento idoneo ut humorū colluvies emanare possit: imò, si absque patientis & partis affectæ incommodo fieri poterit quotidiebus frustula quædam escharæ abscindat, & ne dolor accrescat, *seq. Ungv. adhib.*

R. Butyr. rec. lot. in ▽ psyll. ℥iij. ungv. nutrit. ℥i℥. Ol. ros. album. ov. an. ℥℥. cere q. s. f. Ungv.

§. 21. Sequens etiã fomentum non citra fructum usurpabitur.

R. Rad. Malv. ℥ij. Sem. psyll. lin. an. ℥℥. flor. sambuc. lil. alb. an. M. j. coq. in ▽ appropri. vel lacte & applic. calidè.

§. 22. Si v. incisio ob vehementiam doloris suscipi non poterit, emollientibus, & temperatè humectantibus, additis tamen anodynis, promoveri potest prolapsus escharæ. *Paræus* frequenti usu hoc probavit Ungv.

R. Mucilag. Psyll. Cydon. an. ℥iv. Tragacanth. ℥ij. extract. ▽ parietar. Ol. lil. alb. ℥i℥. Cere q. s. f. Ungv.

Poterit etiam medicus plures excogitare formulas, innumeras enim hisce paginis illinere, nostri non est instituti.

§. 23. Sed quid tunc faciendum, si metallo aut minerali fuso, præsertim si venenatæ qualitatis suspicionem illud habeat, ambustio fiat, atque hinc contumacissima eschara contingat? Omnino tunc studiose medico invigilandum, & ea insimul adhibenda, quæ alexipharmaci virtute aut energia specifica gaudent. Angvis enim sub hac herba & grave periculum vel exitialis eventus certò delitescit. *Excellentiss. Dn. Præsidi* nota est notatu digna historia, quam adscribere non pigebit: *Ipsius intimo nēpe Amico & raræ peritiæ Chymiatro* contingebat, ut in affusione fortissimo Δ liquefacti Znii forte fortuna aliquid delabere-tur in summitatem pedis, & hinc insignis eschara enasceretur, ut symptomata alia nunc prætereamus, quæ tunc ferociebant. In cassum sane omnia alioquin probatissima fuerunt tentata remedia, ita ut extrema & Sphacelus ipse jam instarent. Tandem deventum fuit ad Tincturam Znii , quæ invicem habent communem, quæ ad gutt. aliquot cū ∇ . *Spermat. ran. mixta ex tempore q. hunc Draconem expugnavit.*

§. 24. Annectimus hîc non immeritò etiam sollicitudinem, quæ singularis certè requiritur ad curam ambustionis sidra-

D

ta, vel